13v (xviii) Humbertus filius Stephani de Pisi. Item, est quoddam vidimus sub data mense Februarii die Martis post Dominicam que cantatur Reminiscere 1306, quod vidimus factum fuit super lictera cuius concordie facte inter Guerricum dominum de Albona, Petrum eius fratre ex una parte, et Johannem filium Stephani de Pisi, Humbertum et Petrum fratres suos ex altera, ita quod unus dictorum fratrum Humbertus scilicet remanet homo ipsius Guerrici salva fidelitate unius domini ? quem potest ? facere ante ipsum Guerricum, et autem ? tale feodum pro quo remanet habet ? ipsius Guerrici, videlicet pro quatuor casalibus in villa de Albona et duobus ingeribus terre in Fine ante Albonam, et pro uno eschimello vinee sito en Chamberres et pro uno pane alba et una cupa vini que debet Lombardus de Crosa, et pro parte cuius vinee que est en Crosa que fuit de parcione Humberti fratris dicti Guerrici... (In spite of the date, which appears relatively clear in spite of a small ink blot covering the top of the century word which appears to be \overline{ccc} , the list of reconnaissances on the inserted sheet at the end of the volume (ACV fol. "40a") shows this item should be on fol. 12, and the year 1234 (m^o cc xxx iii^{to}). A possibly explanation is that 1306 is the date on which the original document was copied, rather the date of the original transaction. If this is the correct interpretation, the version of this transaction

mentioned in Af 2, with date 1306, becomes more understandable. The document is in fact the “Franchises d’Aubonne”, as it contains many general provisions for the citizens of Aubonne. (Af 2, fol. 32v)

13v (xviii) De tribus solidis census quos vendidit Vulliermus quod debet Jaquetus Udrici. Item, est lictera manu Johannis de Sancto Liberio notarii confecta sub data x Kalendas Augusti 1318, quod Vulliermus filius quondam Vulliermi de Salice burgensis de Albona et Perreta eius uxor vendiderunt Nobili Domine Domine Agneti de Villariis domine de Albona tres solidos Lausannenses census de quibus Jaquetus Hudrici eisdem conjugibus annuatim tenebatur ratione cuiusdam orti eidem Jaqueto de Albone burgensi predictos conjuges accensatis, qui artus (=ortus) situs est ante villam de Albona juxta domum et casale Johannis dicti de Saulens ? a parte boree, et ochiam dicti Jaqueti a parte venti, unacum omni jure ratione et dominio quod et quam habunt seu habere debent in arto (=orto) superius limitato precio sexaginta solidorum Lausannensium habiturum. (Af 2, fol. 33)

14 (xix) De quictacione feodi Vulliermi de Salice. Item, est lictera manu Aymonis de Lausanna clerici confecta sub data xii Kalendas Marcii 1320 ? (the xx^o could be read as xxi^o, due to a much lighter stroke that might not be intentional, or that might not have been treated as such when Af 1 was copied into Af 2), quod Vulliermus filius quondam Vuilliermi dicti de Salice burgensis de Albona et Perreta eius uxor quictaverunt perpetue Nobilibus et Potentis Guilliermo Allamandi et Agneti de Villariis dominis de Albona.

14 (xix) De concordia communitatis de Gimel et religiosi Bonimontis. Item, est quoddam vidimus concordie facte inter communitatem et universitatem hominum parrochie de Gimel ex una parte, et abbatem et conventum Bonimontis ex altera, super eo quod dicti homines asserebant se habere usum pasterodi animalia sua in cabanibus seu abibus ? de Brunay et de Chaulz Sechi et Helenchi et in medietate cabanis dicte de Sorma ? , assurentes se fuisse impassus ? pastendi animalia sua et habendum usum suum in dictis chalmibus ? per xxx^{ta} annos pacifice et quiete, et cum dicta abbas et conventus contradicerent et non permicterent eisdem uti pos... predicta petebant dictos abbatem et conventum ut ipsos dicti decetera permicterent possessione chalmium predictam tandem dicte partes se promissunt super predictis abbas pro se et conventu suo in Dominum Reymondi de Teiri ? canonicum Gebennis et dicti homines in Dominum Girodum de Capella milite castelanne de Albona et in Magistri Reymondum judicem curie Illustris viri Domini Petri comitis Sabaudie ab utraque parte pro mediatore positum qui judex unacum predictis coarbiteris partibus predictis presentibus et consentientibus pronunciaverunt intencionem dictorum abbatis et conventus super ... et ... rerum predictarum ... esse probatam et intencionem dictorum hominum non esse probatam etc., and the vidimus is dated die Veneris ante Penthecostes 1279.

14 (xix) De xii denariis Lausannensibus census quos debet Aymo Morelli. Item, est lictera sub data mensis Januarii 1321, quod Aymo filius quondam Jaqueti dicti Morelli burgensis Albone recognovit se tenere ad censum perpetuum a Nobili Guilliermo Alamandi et Agnete eius uxore dominis de Albona.

14 (xix) De tribus solidis Gebennensibus census quos debet Aymo Mareschauz. Item, est quedam lictera per manum Johannis de Sancto Liberio clerici confecta sub data Idus Decembris

1333, quod Petrus dictus Arnodi de Sancto Liberio burgensis Albone et Reymonda eius uxor obligaverunt in pignori posuerunt Aymoni dicto Mareschaux burgensi de Albona quantum peciam prati sitam en la Praz subtus Albonam juxta pratum domini de Albona a parte venti, et juxta pratum Domini Johannis condomini Albone a parte boree... pro duodecim libris Lausannensibus monete habitis et pro tribus solidis Gebennensibus census solvendis annuatim in festo Beati Michaelis Domino Albone durante dicta obligacione per dictum Aymonem et suos, que obligacio predicto redemi potest per dictos conjuges a dicto Aymone et suis quolibet anno post viginti annos exuunt continue sequentes et non ante, secundum bonos usus patrie et loci pro summa pecunie predicta.

14v (xix) Rodolphus et Humbertus fratres dicti Suysalat de Saubra. Item, est lictera sub data mense Octobris 1293, quod Rodolphus et Humbertus fratres dicti Suysalat de Saubra, Johannes filius dicti Humberti, Girardus, Stephanus, Johannes, Andreas, Henricus, et Nycolaus fratres filii quondam Aymonis dicti Suysalat de Saubra fratris quondam predictorum Rodulphi et Humberti, pro se et heredibus suis, recognoverunt se et quemlibet eorum esse homines liberos Illustris viri Humberti domini de Thoyri et de Villar.

14v (xix) De decem solidis census venditis per Jacobum condominium de Albona Johannis Daviz. Item, est lictera sub data anno domini 1267, quod Jacobus condominium de Albona domicellus de consensu et voluntate expressa Domine Jordane sororis sue, Margarete uxoris sue, Aymonis et Jaquete liberorum suorum, vendidit perpetue Johanni dicto Davyd burgensis Albone et suis decem solidos monete Gebennensis qui sibi debentur annis singulis racione partagii et heritagii in talia que sit apud Longirot in hominibus quondam Domini Guerici quondam domini de Albona nunc existente in manu Illustris viri Domini Petri comitis Sabaudie pro setem libris et decem solidis bone monete Gebennensis habituris etc..

14v (xix) De reparatione curati de Saubra. Item, est quedam lictera seu instrumentum per Aymonem de Lausanna notarium confectum sub data xi Kalendas Februarii 1325, quod cum esset notarium in villa de Albona quod Jacobus et Johannes fratres dicti Pacot de Albona gladio interfecissent quedam hominem propter quoddam maleficium bona ipsarum fratrum erant confiscata Nobili Viro Guilliermo Alamande domino Albone ut asserit per cognicionem ipsius curati, Hinc est quod dictus Ansermus tunc temporis curatus de Saubra ad interrogacionem predicti Nobilis Guilliermi domini Albone confessus fuit et publice recognovit in verbo sacerdotali quod post dictum maleficium perpetratum et non ante quedam lictera oblata fuit eidem curato per Discretum virum Dominum Hudricum tunc temporis curatus de Cossonay vel per alium eius nomine confectam super quadam donacione centum librarum Lausannensium factam per dictum Johannem Briancie uxori sue requirens dictus curatus de Cossonay nomine dicti Johannis dictum curatum de Saubra ut dictam licteram sigillaret, qui curatus de Saubra confidens de legalitate dicti curati de Cossonay dictum licteram sigillavit quamvis de ipsam licteram seu donacionem nulla memento eidem curato de Saubra ante dictum maleficium facta extitisset, ... dictus Guilliermus timens et perpendens ... ne dicta lictera composita fuerit fraudulenter ? et in fraudem et prejudicium juris et racionis quod et quam ipse dominus intendit habere in personis dictorum fratrum et bonis et rebus earundem ex casu ipsius maleficii requisivit idem dominus dictum notarium super premissis fieri instrumentum ? etc.

14v (xix) De laude domorum hospitalis de Albona. Nos Jacobus dictus Marchiant tunc temporis curatus de Albona, notum facimus universis, quod cum nos emerimus et acuisierimus infra villa de Albona in Domino Illustris et Potente Domine Agnetis de Villariis et de laude eiusdem, duas domos et casalia earundem pro quodam hospitali in honore Sancti Spiritus ibidem per nos de novo construendo et construendo ? (altered text, very uncertain), et cum ita sit quod dicta Domina Agnes venditis dictarum domorum et casalium earundem laudaverit et a juridicione sua temporali totaliter eximerit et eciam affranchiaverit per condiciones et pacta contentas et contenta in duobus instrumentis super dicta vendicione confectis sigilloque ipsius Domine Agnetis sigillatis, Primo et principaliter quod si contingerat aliquem commictere infra dictum hospitale sit de novo construendo et confines ipsius aliquodam delictum seu forefactum propter quadam persona ipsius deliquantis debeta dampnari ad penam corporalem illam personam retinivit dicta omina sibi et suis per curiam suam et suorum puniondam acque judicandam, ita quod si contingeret quodam absit quod dictum hospitale desineret esse hospitale et dictum locum reverti ad usus temporalis quod dicta domina et sui tunc ibidem habeant et habere debeant plenum dominium et plenam juridicionem sicut habebant ante confectionem presenti instrumenti. In hoc cum quod nos dictus curatus et nostri dictum locum ad usus temporales sic reddactum nobis et nostris tenemus obligatum quovisque de predictus contentis inscriptis super emptione dictarum domorum et dictorum casalium confectis nobis et nostris esse plenarie et integre satisfatum una cum missionibus et expensis per nos in dicto loco facienis. Nos vero dictus curatus promictimus pro nobis et nostris quibuscunque bona fiede loco juridicione dicta conventiones et pacta prefate domine et suis attende et totaliter conservare et a nostris facere firmater ? et involiabiliter observari et dictum hospiale tale ad aliud dominium non transfere et quod nos toto tempore vite nostre aliud casale seu aliam domum non acquirentis de cetera ad opus dicti hospialis... , dated February 1315.

15 (xx) De vendicione facta per illos de Roverea Johanni Boejat de mandamento Albone. Item, est quoddam instrumentum per manum Perroneti de Sancti Nycholai de Clusis notarii confectum sub data xiii Kalendas Junii 1317, quod viri Nobilis Dominus Johannes de Roverea miles filius quondam Dominum Johannis de Roverea militis, Reymondus de Roverea domicellus avunculus dicti Domini Johannis, Aymonetus et Stephanus fratres ipsius domini vendiderunt perpetue Mermeto Boejat domicelli et suis, videlicet omnis jus omnem que actionem dreyturam proprietatem dominum usagium et reclamacionem quod et quam habebant et habere debebant vel habere debebant predicti venditores et poterunt in omnibus hominibus feodis usagiis servicii cum cognicionibus eorundem quod homines tenere, habent tenere, et habere debent in mandamento Albone et in mandamento Morgie et in posteritatibus eorundem hominum et in usagiis serviciis censibus corvatis recognicionibus et omnibus aliis quibuscunque et quocumque nomine censeantur que temporibus retroactis ipsi venditores vel earum predecessores habere recupare percipere vel exigere consueverit infra mandamenta antedicta et in parrochia de Lavigny et in villa de Yens precio viginti librarum Gebennensium habitis etc., mandantes dicti venditores dictis hominibus ut ipsi et quilibet ipsorum exuunt in anna dicto Mermeto Bejat et suis respondeant obedient et deserviant prout attentus dictis venditoribus et eorum predecessoribus respondere obedire et deservire consuerverunt etc.

15 (xx) De quictatione Odonis Alamandi. Item, est quoddam instrumentum pre manum Jacobi Faverii ? notarii sub data 20 oct 1324, quod cum Nobilis Odo Alamandi domicellus filius inclite recordacionis Domini Guigonis Alamandi dominum quondam Walbonensis se maiorem

quatuor decim annis asserens pro se et suis imperpetuum donavit tradidit et concessit viro Nobili et Potenti Guilliermo Alamandi fratri suo Domino Walbonensis presente et suis, omne jus, accionem, racionem, et porcionem sibi competentem et contingentem seu competuris in omnibus et singulis hereditatibus et bonis mobilibus et immobilibus prefati quondam Domini Guidonis patris eorundem fratrum faciento prefatus Odo de jam dictis hereditatis et bonis eidem Guilliermo et suis quictacionem remissum et abolucionem omnimodum et perfectam per pactum expressum de ulterius in predictis aloquid non petendo promictit non contraverire etc. (There is no mention here of any consideration paid to the young Odo for relinquishing his rights in the estate of his father.)

15 (xx) De vendicione facta per uxorem Johannis de Sancto Eugendo. Item, est lictera sub data mense Septembris 1292, quod Stephaneta uxor Johannis de Sancto Eugendo vendidit perpetue Illustri viro Humberto domino de Thoyri et de Villariis et suis, res infrascriptas, videlicet quartam parte avoerie de Trivillins, quartam parte molendinarum de Ponte et de Bougie. Item, totum baptitorum de Bougie. Item, vineam sitam in loco de Bayez quam tenet Ansermus Mistralis de Albona. Item, arbergum seu albergamentum dicti Rognyouz. Item, albergamentum quondam dicti Piliex. Item, albergamentum quondam dicti Sacherat dictorum de Duellie, cum fondis etc., que albergamenta sita sunt in territorio de Duellyer. Item, quidquid habere debet et habet apud Dulyz excepta medietatem que est de partagio seu dote Allesie sororis sue, et specialiter quidquid juris, racionis, domini passus ? et perpetue ac sibi ? partagii seu eciam alioquocumque modo habet et habere potest et debere imposterium in tota hereditate Domini Petri Puctodi militis quondam patris sui et condomini de Albona ubicumque sit et quocumque nomine in futuris possit censeris etc., rebus et possessionibus supradictis precio lx solidos Lausannenses habitis etc., et pro xl solidis dicte monete solvendis annis singulis a predicto Illustri viro dicte Stephanete quamdiu vixerit in festo Beati Michaelis etc.

15v (xx) Aymonis Pivar. Item, est lictera sub data mense Decembris 1291, quod Aymo dictus Pyvar de Longirot recognovit se tenere et possidere ab Illustri viro Humberto de Thoyri et de Villariis terras infrascriptas.

15v (xx) De concordia facta cum dictis Paccot. Ego Humbertus Alamandi dominus de Albona, notum facio universis, quod cum super omicidi (homicide) *quod dicitur fore perpetratum* (which is said to be about to be perpetrated, in other words, the issue here was a conspiracy to commit a murder) infra villam et dominium meum de Albona per Jacobum et Johannem dictos Paccot fratres de Albone de Hugone dicto Pectelliet habitatore dicti loci, et super eo quod dicebatur quod persone et bona ac res dictorum fratrum bone memorie Domino Guilliermo Alamandi domino de Albone patri meo ceciderat in commissum prenominati Jacobus et Johannes ad pacem et concordium devenerunt cum predicto Domino Guilliermo patre meo quondam ex forma cuius pacis et concordia predictus Dominus Guilliermus de laude mea vendidit perpetuo predictis Jacobo et Johanni fratribus presentis et suis omnia bona, res, et possessiones predictis sibi ut premictitur commissas predictamque quictavit et remisit eidem precio ducentarum librarum Lausannensium super certis pactionibus et condicionibus contentis et espressis in quadam lictera super predictis confecta sigillis dicti Guilliermi patris mei et Stephani de Mont domicelli de Albona sigillata, quam dicti fratres penes se habent, Egoque dictus Humbertus dicerem et affirmarem quod de dicta pecunie quantitate restabant solvende sexaginta libras Lausannenses quas petebam michi solvi, pluraque alia proponebam per que

asserebam dictos fratres et bona ipsorum incidisse commissum et specialiter quod non servaverant seu adimpleverant integre concordiam supradictam sed fuerunt pluries ipsius concordie transgressionem et ipsi uxores eorum liberi eorum et nuncii eorundem plura bona et offensas commissaverunt et incurreaverunt infra dominium meum de Albona predictam super quibus dictos fratres et bona ipsorum inquietabam dictis fratribus contrarium asservencibus et dictentis ex quibusdam causis per ipsos allegatis ad predictam per me petita se non teneri, tandem mediante ad hec Illustri viro Domino Aymone de Cossonay condomino karissimo consanguineo meo ad pacem et concordiam et finalem transactionem deveni cum dictis Jacobo et Johanne fratribus in hunc modum, videlicet quod ego sciens etc. pro me et meis laudo tenere presentes et ratifico perpetuo prenominitis fratribus et suis pacem concordiam quietationem et venditionem per prefatum Dominum Guilielmum patrem meum factas eisdem et ne teneo plenarie pro contento de ducentis libris Lausannensibus predictis et in fore satisfatum per eosdem super sexaginta libras Lausannenses banis et offensis predictis, quietans perpetuo et remittens eisdem fratribus uxoribus liberis et nunciis suis seu famularis bona et offensas predictis et omnes actiones et iura me et meis competencia que dictos fratres et in litteris earundem predictis ex causis supradictis pro viginti libris Lausannensibus habituris etc. pro quibus teneo et promitto bona fide mea reddere et deliberare eisdem fratribus vel mandato earundem omnis et singulas res et possessiones quas per me vel per alium nomine meo occupavi vel teneo de rebus possessionibus seu hereditate fratrum predictorum occasione dicti homicidii (homicide) vel alicuius predictorum. Hoc premissis additio ex pacto expresso inter me et dictos fratres dum ipsi vendiderint sine laude dicti quondam patris mei vel mea quendam campum situm in territorio de Albona in loco dicto ou Beyz precio quater viginti librarum Lausannensium vel circa, quem campum tenet hospitale de Albona, quamquidem venditionem asserebam non posse nec debere fieri sine laude dicti patris mei vel mea, conventum est quod predicti fratres et heredes sui tenentur retinere dictum campum et ad manus suas reducere infra decem annos proxime, et si forte dicti fratres remire vel habere non possent a dicto hospitale dictum campum, debent et tenentur infra dictos decem annos acquirere perpetuo infra districtum et dominium meum de Albona certas res et possessiones equivalentis dictum campum seu quater viginti libras Lausannenses. Item, quod dicti fratres vel eorum heredes possunt vendere de rebus et bonis suis usque ad valorem centum librarum Lausannensium et ipsa laudare teneo et promitto sine aliqua laude vel laudimio per me vel per heredes meos recipiendo vel recuperando ab eisdem fratribus vel emptoribus rerum predictarum, ita cum quod aliud de rebus et possessionibus suis infra dominium et districtum meum de Albona existentibus vendere seu quoquomodo alienare non possunt nec debent nisi personis existentibus in iurisdictione et dominio de Albona predicto, et quod dicte res et possessiones per ipsos vendite seu alienate perpetuo remaneant de dominio meo predicto. Item, quod dicti fratres non possunt neque debeant mansionem seu domicilium habere vel moram contrahere extra dominium meum vel dominium vel iurisdictionem consanguinei mei domini de Cossonay predicti vel heredum meorum. Nos vero Jacobus et Johannes fratres predicti scientes et spontanei etc. omnia et singula supradicta confitemur esse vero et ipsa laudamus pro nobis et nostris heredibus ratificamus etc. (No date)

16 (xxi) De divisione liberorum Johannis de Roverea. Item, est quoddam vidimus confectum per manum Amedei de Perrueys notarii sub data xv Kalendas Februarii 1325, super instrumento divisionum bonorum liberorum predictorum, videlicet quod Dominus Stephanus de Essenevay capellanus filius Johannis de Roverea quodam ex una parte, et Vuillermus de Essenevay domicellus frater eius ex altera, dicti fratres scientes et spontanei mediantibus

Domino Amedeo Albone filii Girardi et Johannes eius fratribus et Girardo de Trevent ad divisionem bonorum et hereditatis sue paternorum et maternorum per modum qui sequitur devenerunt, videlicet quod ille res et possessiones, homines, albergamenta, et jura que, quos, et quas dicti fratres habent et sibi competunt ex quacumque causa a parte lacus versus Tonens (=Thonon) tam in villa et territorio de Essenevay (=Excenevex) quam alibi excepta decimam de Mezingis (=Massongy) remaneant dicto Vulliermo et sibi cedant ex causa presenti tractatus, et res et possessiones et jura que habent in parrochia de Feschier et de Albone et in loco dicto de Sancto Eugendo cedant similiter in parte ipsius Vulliermi plena jura. Item, predicta decima de Mesingis cum pertinentiis et decimariis suis et omnis res et jura possessiones albergamenta bona homines et hereditates que, quas, et quos dicti fratres habent et possident aliqui causa a parte lacus de versus Lausanne remaneant et cedant dicto Domino Stephano et suis ex causa presenti tractatus salvis tamen dicto Vulliermo rebus eidem superius declaratis specialiter res quas habent in parrochie de Alamant, de Sancto Liberio, et apud Tertignin et generaliter omnia que ipsi fratres habent ab aqua de Albona versus Lausanne remanent dicto Domino Stephano pleno juris.

16 (xxi) Richardus Wibert Sancti Georgii. Item, est lictera sub data 02 sep 1312, quod Richardus dictus Vibert de Sancto Georgio prope Gimel recognovit se et suos heredes ex suo corpo legitime procreatos et in futuris procreandos esse et debere esse homines franchas Nobilis Domine Domine Agnetis filie inclite recordacionis Domini Hunberti quondam domini de Thoyri et de Villar.

16 (xxi) Aymo dictus Athola de Gimel. Item, est lictera manu Aymonis de Lausanne confecta sub data Kalendas Julii 1320, cum Aymo dictus Athola de Gimel recognovit quod cum persone Nobiles Guiliermus Alamandi et Agnes de Villariis eius uxor domini Albone pro se et suis dederint eidem Aymoni et suis quoddam casale situm in burgo ipsorum Nobilium de Albona inter casale Bernardi de Longirot a lacu, et fossalia dicti burgi a vento, sub hac forma et conventionem infrascriptis, videlicet quod dictus Aymo et sui tenentur edificare seu domificare bene et competenter de lignis infra proximum unum annum a data presencium computanda suis propriis sumptis et expensis sicut facere tenentur alii vicini sui ibidem casalia habentes dictum casale suum superius limitatis ne predefficiens ? dicti Aymo vel suorum heredes predictis nobilibus...

16v (xxi) Johannes Atolat (=Atholaz) de Gimel. Item, est lictera manu Stephani de Lavignyer clerici confecta sub data iiii Idus Maii 1332, quod Nycholaus filius quondam Petri Atholat de Gimel pro se et obligavit pure et libere Johannino ? filio quondam Aymonis Athola de Gimel presente et suis, videlicet totum quoddam pratum ... situm inter duo molendinos de Gimel juxta aquam dictum Soubero ? a parte lacus, et campum dicti Nycolai a juria, et pratum Girodi dou Puissour a vento, et hoc precio duodecim libris et quinque solidis Lausannensibus habitis etc., ita cum quod dictus Nycholaus et eius sorores et sui possunt reddimere dictum pratum a dicto Johannino et suis quolibet anno ...

16v (xxi) De requisitione domini prepositi Montis Jovis. Viro Venerabili et Potenti Domino et amicosus Karisimo Domino Humberto Alamant domino de Albona, Guiliermus humilis prepositus pauperum Montis Jovis, salutem, et quidquid poset servicii et honoris ad nostram pervenit noticiam quod non nulle persone ecclesiastice et secularies ac eciam canonici nostri in prioratu nostro de Estue residentes bonis ipsius prioratus de Estue nobilis et immobilia prato

campos domum et cameras ac alia bone ultra voluntate dilecti nostri socii Domini Humberti prioris dicti nostri prioratus de Escue occupata detinent indebite et injuste ... , dated 14 jan 1342.

16v (xxi) De censu prioratus de Estuz et quatuor missarum ibidem debitarum. Item, est lictera sub data iii Idus Julii 1281, quod prior et conventus religiose domus de Estue solvere tenentur Illustri viro Humberto domino de Thoyri et de Villariis et suis quinque solidos Gebennenses singulis annis in tercia die post Nativitatis Domini per annum, various rights and obligations.

16v (xxi) De obligacione facta per Stephanum Lathomi Petro dicti Marchiant. Item, est quedam lictera sub data mense Januarii 1291, quod Stephanus Lathomi filius quondam Amondrici Lathomi burgensis de Albone pro se et suis de laude et expresse consensu Johannete uxoris sue, Nychole et Amedei filiorum suorum, pignori obligavit Petro dicto Marchiant presente et suis pro quatuor viginti et quinque libris bone monete Gebennensis habitis etc., videlicet totam vineam suam sitam in territorio de Grivillins..., various other properties. Followed without an additional title by:

17 (xxii) Item, est lictera sub data mense Augusti 1291, quod predictus Stephanus Lathomi burgensis Albone et Johanneta eius uxor recognoverunt se debere Petro dicto Marchiant burgensis de Albona...

17 (xxii) Stephanus Lathomi predictus. Item, est quedam lictera sub data mense Januarii 1292, quod Stephanus filius quondam Amondrici dicti Maczons (i.e., a mason, and thus lathomus) burgensis de Albona et Johanneta uxor dicti Stephani recognoverunt se debere quilibet insolidum Petro dicto Marchiant de Albona...

17 (xxii) Stephanus Lathomi predictus. Item, est quedam lictera sub data die Martis post Purificationem Beate Marie Virginis mense Februarii 1296, quod Stephanus dictus Maczons burgensis de Albona, Johanneta eius uxor, Amedeus earundem filius asserentes, quod cum ipsi posuerint in fidejussoris Petrum dictum Marchiant burgensis de Albona in duodecim libris Gebennenses in manu Aymonis nepotis Girardi de Vanneysi burgensis de Albona futuri mariti Nychole filie dictorum Stephani et Johannete et sororis dicti Amedei, ipsi Stephanus et Johanneta et amie promisserunt per juramenta sua etc....

17 (xxii) Stephanus Lathomi. Item, est alia lictera sub data in Vigilia Nativitatis Nostri Domini mense Decembris 1301, quod cum Stephanus dictus Maczons burgensis Albone obligaverit Petri Marchiant predicto omnia bona et possessiones suas pro quadam pecunie quantitate prout instrumento inde confecto plenius continetur, ipse Stephanus confessus fuit et eciam recognovit...

17v (xxii) De prioratu de Estue. Item, est quoddam instrumentum per manum Aymonis de Lausanna et Denisii de Alixandria notarii confectum sub data x Kalendas Septembris 1309, quod vir Discretus et Religiosus Dominus Johannes de Dugnyaco prepositus Montis Jovis sciens et spontaneus confessus fuit ad interrogacionem viri Illustris Amedei de Villariis prioratum de Estue cum suis juribus etc. esse et esse debere de avoeria predicti Amedei et suorum quorumcumque a toto tempore... Followed without an additional title by:

17v (xxii) Item, est quoddam instrumentum manu Perreti de Commugnyer confectum sub data viii Idus Aprilis 1338 apud Estue infra prioratum dicti loci Dominus Hugo de Duyn rector prioratum Beria et Johannes de Pollens canonici ordinis Montis Jovis ostenderunt et legi fecerunt coram Mermeto filio quondam Richardi Mistralis de Albona domicelli armigeroque Illustris viri et Potentis Humberti Alamandi domini de Albona, duas licteras sigillo Venerabili et Religiosis viri Domini Guilliermi prepositi Montis Jovis sigillatas, et quendam aliam in formam publicam, quarum licterarum sigillo predicto sigillatarum, una continebat quod dictus dominus prepositus concesserit prioratum de Estuez vacantem per mortem Domini Girardi de Serrata quondam prioris dicti prioratus Johanni de Charvenczo canonico dicti monasterii Montis Jovis, alia vero continebat quod dictus Vulliermus de Charentasia curatus de Sancto Liberio vel Dominus Vulliermus sacrista dicti prioratus de Estuey ponerent ? prefatos dominos Hugonem et Johannem exhibituris dictarum licteratum tanquam veros procuratos dicti Johannis de Charvenczo in possessioneum corporalem clamum et bonorum dicti prioratus de Estuez, alia vero lictera in forma publica confecta continebat quod dictus Johannes de Charvenczo constitueret prefato domino Hugonem et Johannem procuratos suos et nuncios speciales in omnibus et singulis causis et negociis suis quibuscumque, sed quia prefatus dominus de Albona plures clames dicti prioratus scilicet despense et celaris cum pluribus aliis acceperet ? seu capi feceret tanquam dominus habens altera jurisdictionem quas claves predictus Mermetus seu alter nomine dicti Humberti custodiebat...

17v (xxii) De requisitione domini prepositi Montis Jovis. Nobili et Potenti viro Domino Humberto Alamant militi domino Albone, Vulliermus humilis prepositus hospitalis pauperum Montis Jovis salutem, ..., dated 06 mar 1341.

17v (xxii) De maioria de Bayoes. Item, est lictera sub data mense Marcii 1338, quod Vulliermus, Jacobus, et Petrus fratres dicti Pictet habitatores de Crisier recognoverunt se et suis de tenere a Nycholeto dicto Blanc de Romanomonasterio totum dimidium tenementum et hereditagium quondam Petri Mayoris de Bayoes ubique modo aliquo possit reperiri in territorio et finagio de Bayoes in terris, pratis, ochiis, ortis, casalibus, arboribus, census, et rebus aliis quibuscumque.

18 (xxiii) De concordia facta cum Stephano et Girardo de Albona. Item, est quedam lictera manu Rodulphi de Trivillins clerici confecta sub data die Veneris ante festum Beati Nycholai 1310, quod cum discordia verteretur inter Nobilies viros Johannem de Rossillione decanum Alingii ? , Remondum de Thoyria, et Petrum de Pringins procuratores et procuratorio nomine Illustris et Potentis viri Domini Amedei de Villariis ex una parte, Girardum et Stephanum de Albona dicti de Lausanna et Alesie matris earundem et uxoris dicti Petri nomine dicte Alesie et dicti Petri ex altera, super hereditate quondam Domini Petri Puctodi condomini de Albona et super pluribus rebus aliis ad ipsam hereditatem spectantibus, de quibus tenebat idem Dominus Amedeus in manu sua... (Af 3, fol. 22v)

18v (xxiii) De quictacione Janini de Albona. Item, est quedam lictera sub data mense Junii 1292, quod Johanninus de Albona domicellus filius quondam Domini Guerrici de Albona ~~domicelli~~ militis quictavit penitus et imperpetuum Stephanetam consanguineam suam filiam quondam domini Petri Puctodi militis sub omnibus conventionibus quas unquam habuerunt inter ipsum Johanninum et ipsam Stephanam usque ad diem hodiernam, rogansque idem Johanninus

Illustreum virum et Potentem Humbertum dominum de Villariis ut eidem Stephanete respondeat de hereditate sua quam tenet pro libito suo et eciam voluntate.

18v (xxiii) De negocio Francisci de Albona. Item, est lictera sub data mense Maii 1290, quod Franciscus filius quondam Domini Petri Puctoz militis quondam de Albona recognovit quod septem libre Gebennenses monete quas sibi assecavit ad libitam ipsus Francisci vir Illustris Dominus Humberti de Thoyris et de Villar dominus super homines de Saubra et in villa de Sancto Liberio prope Albonam percipiendum annuatim, quod septem libre predictae a decessu ipsius Francisci manam ? prefato Domino Humberto et suis debent libere et pacifice remanere absque (=absque) aliquo impedimento et super hiis aliquam alienacionem facere non potest nec debet idem Franciscus que eidem Domino Humberto abesse posset post decessum ipsius Francisci quominus dictas septem libras post decessum ipsius Francisci idem Dominus Humbertus et suis pacifice perciperent et haberent.

18v (xxiii) Perrinus Claudii de Albona. Item, est quedam lictera sub data mense Februarii 1283, quod Perrinus Claudiis burgensis de Albona recognovit se tenere de ligio feodo Illustris viri Humberti domini de Thoyris et de Villariis nomine iurisdictione tocus castri de Albona, totam vineam quam possidet et possidere consuevit in territorio dicto Chamberes in loco ubi dicitur a la Suly Marigni.

18v (xxiii) Girardus Agnetis de Britignyer. Item, est lictera manu Johannis Sortes ? notarii confecta sub data iiii Idus Maii 1322, quod Girardus Agnetis de Britignyer recognovit pro se et omni posteritate sua ad interrogacionem Nobilis Domicelle Agnetis de Villariis domine Albone se fore et esse debere de feodo dominioque et baronia ipsius domicelle eam que super ipsum habere clamam, barram, sasinam, calvacatam (=cavalcatam), ac iurisdictionem omnimodam et districum tam ad mistum quam merum imperium pertinentem de quibus omnibus ubi locum haberent.

18v (xxiii) De indempnitate contra Nycolaum de Lusseri burgensis Albone. Item, est lictera sub data mense Februarii die Mercuri post festum Beati Petri in Cathedra 1304, quod Nycholaus filius quondam Girardi de Lusseri et Jaqueta eius uxor burgenses de Albona recognoverunt quod cum Nobilis vir Amedeus de Villariis se constituerit fidem de voluntate et mandato dictorum conjugum in manu Petri dicti Peyler de Yens domicelli super quadam domo et casali in quo dictam domum sitam est perpetue et quiete tenenda per dictum Petrum et suos heredes sitam infra villam de Albona inter domum Johannis dicti Brugnyer ex una parte, et domum liberorum Jaqueti dicti Davy ex altera, quam domum cum casali predicto prefatus Nobilis viri debet dicto Petro et suis perpetue deffendere et garentire contra omnes, dicti conjuges eundem Nobilem virum Amedeum et suos promisserunt per juramenta sua etc. obligatione bonorum etc., servare indempnes etc.

18v (xxiii) De concordia facta cum priore Sancti Georgii. Item, est lictera sub data Idus Julii 1320, quod cum discordia verteretur inter Fratrem Poncetum priorem religiose domus Sancti Georgii Athan[asii] ? ordinis (in fact, the priory of Saint-George was considered to follow the Benedictine order) nomine suo et prioratus sui predicti ex una parte, et virum nobilem Guilliermum Alamandi dominum de Albona nomine suo et nomine Nobilis Domine Agnetis de Villariis eius uxoris et hominum suorum Sancti Georgi ex altera, super eo quod dictus prior

asserere quod habebat et excerere consueverat jurisdictionem omnimodam super omnes habitatores dicte ville Sancti Georgii predicti et quod recuperaverit et recuperare debebat banna et clamas ab omnibus habitatoribus supradictis. Ipso Guilliermo domino de Albona contra asserente, videlicet quod dictus prior nullam jurisdictionem habebat nec habere debebat super homines dicti domini de Albona, resolved in favor of the seigneur, specifying the rights of each party.

19 (xxiiii) De concordia Johannis Chapuis. Item, est lictera manu Aymonis de Lausanna confecta sub data vi Idus Junii 1342, constitutus Johannes filius quondam Jaqueti de Birola burgensis de Albona et Perreta uxor Johannis Chapuis burgensis eiusdem loci ex una parte, et Stephanus de Mont domicellus vice et nomine Nobilis viri Guilliermi Alamandi et Agnetis de Villariis eius uxoris dominorum de Albona ex altera, Hinc fuit quod cum dictus Johannes Chapuis olim commississet quoddam malificium notorium apud Albonam, propter quoddam maleficium omnia bona ipsius Johannis Chapuis tam mobilium quam immobilium et etiam persona prejudicium dictis nobilibus ceciderant in commissum, quequidem bona omnia dicta Agnes vendidit tanquam sua dicto Johanne de Birola pro certo precio sub hac forma quod ex gracia speciali dicta Agnes mota pretate et dictus Johannes de Birola ad preces quorundem probatis ... voluerunt et concesserunt quod liberi dicti Johannis Chapuis tamen et non alii dicta bona possint rehabere a dicto Johanne de Birola pro quadam certa pecunie summa, quibus sit pactis inter cetera verba per dictas partes et inter partes predictas super premissis extitit conventum quod dictus Johannes de Birola nec dicti liberi nec dictus Johannes Chapuis nec dicta Perreta conjunctim vel divisim palam vel occulte nec eorum heredes dicta bona vel aliquid eorundem non possunt nec debent obligare, vendere, permutare, donare, legare, vel quoquomodo seu forma in alius dominium preterquam in dominio dictorum nobilium alienare se etiam transffere nisi de laude et expressa voluntate et consensu dictorum nobilium vel suorum heredum ubique dicta bona sint tam infra villam de Albona et limictes jurates dicte ville quam extra. (The content of this item is essentially all in the past, specifically during the period 1314-1323, when Guilliermus Alamandi and his wife Agnes de Villariis were the seigneurs of Aubonne. There seems to be nothing in this extract to explain why a document from 1342 would rehearse these facts from the previous generation, but it is possible the original document from which this extract was prepared contained the missing context.)

19v (xxiiii) De domina Vaudi. Nos Domina Yssabella de Stabilione domina Waudi, et Nos Jacobus Richerini ballivus Waudi pro Illustri Principe Domino Ludovico de Sabaudia domino Waudi, notum facimus universis presentes licteras inspecturis, quod cum Nobiles viri dominus Alamandi et Dominus Johannes condominus Albone milites ob reverenciam Domini Ludovici predicti domini nostri et nostre dicte Ysabelle promisserint pro se et gentibus et burgensibus suis et habitantibus de Albona de standi juri (the standard usage is *de stando juri*, to stand in judgement, and thus written near the end of this item) et judicato solvendo in curia Domini nostri Ludovici predicti seu in curia nostra dicti ballivi pro et super quibusdam injuriis, violenciis, wlneracionibus et fracturis aliis quibuscunque illatis per gentes suas et per illos de Albona gentibus dicti nostri Domini Ludovici de Mont de Rulot et castellaniarum suarum die Dominica qua cantatur Reminiscere [1340 ?], et de ipsis injuriis, violenciis, vulneracionibus, et fracturis emendandis et satisfaciendis dederint fidejussores in manibus nostris et caucionem de stando juri, et de judicato solvendo ipsi protestati fuerunt in ipsa obligacione et donacione ? fidejussionis de standi juri coram dicta curia, et de judicato solvendo se nolle renunciare, propter hoc marchie seu

marchiis et locis marchiarum quas hactenus habuerunt et habebant cum gentibus dicti nostri Domini Ludovici racione castrarum de Albona, et Coppet, et burgensium et hominum et gencium suarum, in ? cui protestacione consentimus expresse et confitemus per presentes et volumus nomine dicti Domini nostri Ludovici et nominibus nostris quod marchie dictorum militum quas habuerunt et habent cum gentibus dicti Domini Ludovici eis sint in futuris salve et integre et quod eis custodiantur perfecte sicut alias hactenus extitit consuetum non obstante promissione et fidejussore de stando juri et iudicato solvendo predictis. Datum sub sigillis nostris die Mercuri post Dominicam qua cantatur Occuli 1340 sumpto in Adnunciacione Dominica. Est lictera de predictis tenoris supradicti sub sigillis memoratis.

19v (xxiiii) De curato de Albona. Item, est lictera sub data iii Nones Aprilis 1324, quod cum Aymo de Apples domicellus pro se et suis imperpetuum vendiderint Domino Petro tunc temporis curato de Albona et successoribus suis nomine et ad opus ecclesie de Albona duodecim solidos monete Gebennensis census annis singulis persolvendos dicto curato et suis successoribus ut in lictera vendicionis continentur, inter que septem solidi dictorum duodecim solidorum sunt assignati et poniti super quibusdam rebus et possessionibus sitis in territorio de Bougier Sancti Martini et de Albona, que res et possessiones erant de feodo Illustris viri Guilliermi Alamandi domini de Albona, preterea cum Stephanus de Mont castellanus dicti loci ex parte dicti domini vice et nomine ipsius domini eidem curato laudaverit et confirmaverit pure dictam vendicionem et asociacionem rerum et possessionum predictarum pro justa et legitima satisfacione et recompensacione facta per dictum Aymonem de Apples venditorum dicto castellano recipente ? vice et nomine quibus supra pro rebus et possessionibus predictis, hinc est quod dictus curatus emptor recognovit pro se et suis successoribus predictis quibuscunque dictum castellanum nomine quo supra habere et retinuisse dominium in rebus et possessionibus predictis non obstante recompensacione pro predictis rebus sibi facta excepto cum dominio feudali etc.

19v (xxiiii) De vendicione facta per Franciscum filium Domini Petri Puctot condomini de Albona. Item, est lictera quod Franciscus filius quondam Domini Petri Puctot militis condomini de Albona pro se et suis vendidit pure et perfecte Illustri viro Humberto domino de Thoyri et de Villar et suis pro precio trescentarum librarum monete bone Gebennensis habitis etc., videlicet universas et singulas res, tenutas ? , et possessiones et universa et singula bona realia et personalia aut alia quecumque sint et quocumque nomine censeantur et ubicumque inveniri possint que sibi pertineant vel pertinere posint et debant alte et basse in villa et territorio de Botens et in villa et territorio de Albona, de Trivillins, de Feschier, de Crousa, de Vinsel, de Duluc, de Duelye, et in terra Fucignye et dominio mero vel mixto aut qualibet alia iuridicione in hominibus, terris, pratis, vineis, censibus, casalibus, homagiis, molendinis, pascuis, aquaris de cursibus, communibus, nemoribus, aut aliis rebus vel iuribus quibuscunque, quas res tenebat et tenere debebat idem Franciscus in feodum a prefato Domino Humberto et servicium dicti feodi propter infirmitatem sui corporis facere non poterat necnon modo debito exhibere, quictavit eiam et solvit idem Franciscus eidem Domino Humberto et suis quidquid iuris ultra dictum precium valere possunt res supradicte etc., datum die Mercuri post Penthecostes mense Maii 1290.

20 (xxv) De vendicione facta per Thomam de Jayz burgensis Albone. Item, est lictera sub data mense Februarii 1303, quod Thomas dictus de Jaiz burgensis de Albona pro se et suis

vendidit perpetue Nobili viro Amedeo de Villariis domino suo et suis res infrascriptas, two properties.

20 (xxv) Stephanus de Orba burgensis Albone. Item, est lictera sub data mense Januarii 1304, quod cum Stephanus de Orba burgensis de Albona, Agnes eius uxor, Perrinus eorum filium, et Margareta uxor dicti Perrini teneantur Jaquete uxoris Amedei filii Aubrici et Nycholao dicto Oyselet marito quondam Johannete filie dicte Jaquete burgensis de Albona in triginta libris monete Lausanne pro quibus obligaverunt omnia bona sua quecumque sint, voluerint dicti condiciones quod de illa obligacione domus in qua nunc morantur dicti debitorum sit excepta penitus et remota non obstante obligacione predicta.

20 (xxv) De racheto vinee de Lonservis. Item, est lictera manu Aymonis de Lausanne confecta sub data vii Idus Marcii 1316, quod cum Stephanus de Porta burgensis de Albona emerit ? perpetue pro se et suis ab Henrico filio Johannini de Pampignie mimi ? burgensis de Cossonay quandam peciam vinee sitam in territorio de Albona en Lonservis inter vineam ipsius Stephani et vineam liberorum quondam Johannis Amedei burgensis Albone a lacu, et vineam Jaquemeti de Pampignier et vineam Girardi de Coctens burgensis Albone a juria, de laude Illustris Domine Domine Agnetis de Villariis domine de Albona pro precio decem librarum Lausannensium monete, a qua domina vinea sic vendita moveri dignoscitur, pro qua vinea debetur annuatim eidem domine et suis duos denarios Gebennenses census persolvendos quolibet anno eidem domini et suis in festo Beati Michaelis, prout hec omnia continetur in quodam instrumento super dicta vendicione confecto sigillo ipsius domine sigillata, Hinc est quod dictus Stephanus facere gravancem specialem prefate domine ex pacto expresso inter dictam dominum et dictum Stephanum habito, vult et concedit dictus Stephanus prefate domine et suis plenam potestatem ut ipsa domina et suis dictam peciam vinee sic venditam possint rehabere quocienscumque voluerit infra proximam sex annos a data presentis computanda et non valere ab ipso Stephano vel suis pro dicto precio videlicet quolibet anno dictorum sex annorum a festo Omnium Sanctorum usque ad *vetus Carniprivum* subsequens tam modo et non in alio tempore secundum bonos usus non obstante dicta vendicione.

20 (xxv) Johanninus Atholaz de Gimel. Item, est lictera manu Johannis de Sancto Liberio clerici confecta sub data xi Kalendas Augusti 1341, quod Johanninus Athola de Gimel confessus fuit quod ipse ac etiam heredes sui quicumque sint, sunt et remanent burgenses perpetue liberi domini Humberti Alamandi domini de Albona et suorum secundum consuetudines dicte ville de Albona. Item, cum Nycholaus Athola de Gimel obligaverit predicto Johannino quandam peciam prati cum pertinenciis suis sitam in territorio de Gimel inter duo molendinos de Gimel juxta aquam Soubretaz a parte lacus, et campum dicti Nycholai a parte juria, pro duodecim libris et quinque solidis Lausannensibus monete ut instrumento quodam super dicta obligacione confecto continetur, Hinc est quod prefatus Dominus Humbertus et suis dictam peciam prati possint redimere a predicto Johannino vel suis quolibet anno usque ad festum Beati Johannis Baptiste pro sex libris monete predictae. Item, actum est inter dictos Dominum Humbertum et Johanninum quod in casu rehemcionis obligacionis dicti prati, dictus Johanninus tenetur prefato Domino Humberto vel suis facere cessionem de lictera obligacionis predictae. Item, actum est inter predictos Dominum Humbertum et Johanninum quod prefatus Dominus Humbertus pro se et suis quietat et solvit dictum Johanninum et suos super omnibus inanciis perceptis et percipiendis per dictum Johanninum et suos in dicto prato dicta obligacione durante et hoc quietacione facta inter

vivos etc. et econverso dictus Johanninus pro se et suis solvit et quietat perpetue prefato Domino Humberto et suis quoddam casale quidam in Burgo Novo Superiori de Albona et simili modo prefatus Dominus Humbertus pro se et suis quietat perpetue dictum Johanninum et suos super quadam tesa muri in qua sibi tenebatur racione bastimenti ville sue de Albona et super domificatione casalis predicti. Item, confessus est prefatus Dominus Humbertus quod virtute confessionum et quietacionum predictarum quod dictus Johanninus nec sui sibi nec suis non tenentur in bannis nec calamis aliquibus exceptis de denariis ? si idem Johanninus vel sui heredes contraherunt ? vel facerent in villa Albone predicta mansionem.

20v (xxv) De quietacione relicta Humberti Girodi de Lausanna civis. Item, est lictera sub data mense Octobris 1323, quod Johanneta relicta Humberti Girodi civis Lausanne pro se et suis quitavit inperpetuum virum Nobilem Dominum Guilliermum Alamandi dominum de Albona et eius liberos ac heredes Domine Agnetis de Villariis quondam uxoris sue quoscumque de et super omnibus debitis et contractibus ? initis quondam inter Nobilem virum Dominum Humbertum dominum de Thoyri et de Villar et Humbertum Girodi quondam maritum ipsius Johannete seu etiam inter Dominum Guilliermum predictum et Agnetem relictam suam et dictam Johannetam ante mensem Octobris contentum in data presentes et super omnibus actionibus calumpniis et querelis que eidem Johannete vel heredibus suis et dicti Humberti possent competere quoquomodo racione dictorum debitorum vel aliquarum pactionum exhinde habiturum in contractibus predictis, videlicet pro bona et legitima satisfaccione eidem Johannete facta de debitis predictis ante mensem contentum in data presentis per dictum Dominum Guilliermum salva tamen eidem Johannete et suis debito duorum modiorum frumenti et decem octo sestariis vini ad mensuram Lausanne annui redditus censualis eidem Johannete venditis per dictum Dominum Guilliermum pro precio centum et quadraginta librarum Lausannensium et salvis omnibus pactionibus, conventionibus, ac clausulis contentis in lictera super dicto debito frumenti et vini predictorum confecta prout in ipsa lictera continetur, que lictera debet in suo robore permanere non obstante quietacione predicta. Voluit etiam dicta Johanneta quod si alia lictera super alio debito confecta contra super debito frumenti et vini predicto et de precio centum et quadraginta librarum Lausannensium predictorum reperiretur posterum per ipsam Johannetam vel heredes suos contra dictum Dominum Guilliermum vel heredes suos et dicte Agnetis, quod esset nullus valoris et momenti.

20v (xxv) De racheto Johannete relicte Humberti Girodi de Lausanna. Item, est lictera dub data mense Octobris 1323, quod cum vir Nobilis Guilliermus Alamandi maritus quondam Illustris Domine Agnetis de Villar domine de Albona imperpetuum vendiderit Johannete relicte Humberti Girodi civis Lausanne duos modios frumenti et decem octo sestarios boni vini ad mensuram Lausanne annui redditus census annis singulis persolvendos eidem Johannete et suis Lausanne pro precio centum et quadraginta librarum Lausannenses habituris etc. de quibus duobus modiis frumenti et decem octo sestariis vine Dominus Johannes Salterii miles es fidejussor prout hec omnia in lictera vendicionis continetur, Hinc est quod dicta Johanneta volens dicto Domino Guilliermo facere gratiam specialem voluit et concessit eidem quod ipse aut heredes sui possint reemere et rehabere a dicta Johanneta et suis dictos duos modios dicti frumenti decem octo sestarios dicti vini pro precio suprascripto infra viginti annos a factis vel assignatis recollectis, videlicet quolibet anno dictorum viginti annorum usqua ad Carniprivum proximum subsequentes post dictas recollectas et non in alia parte anni satisfatto prius eidem Johannete ante omnia de frumento et vino predictis et de retentis eorundem si que essent tunc.

20v (xxv) De solutione duorum modium frumenti et xviii [sestarii] predicti vini facta Johannete predictae. Item, est lictera sub data die Veneris post octavam Beati Michaelis 1329, quod cum vir Nobilis Dominus Guilliermus Alamandi dominus Albone teneatur Johannete relicte Humberti Girodi civis Lausanne predictae annis singulis in festo Beati Michaelis in duobus modiis frumenti et xlviio^{to} sestariis vini census ad mensuram Lausanne, Hinc est quod dicta Johanneta recognovit se esse integre sattiffata per manum Stephani de Mollens nunc castellani Albone ex parte dicti militis Domini Guilliermi de frumento et vino predictis pro termino Beati Michaelis nupper preterito.

20v (xxv) De indempnatione fidejussionis Aymonis Borquin de Albona. Item, est lictera manu Aymonis de Lausanne notarii confecta sub data die Crastino Exaltacionis Sancte Crucis 1321, quod cum Nobilis Domina Domina Anges de Villariis domina de Albona de mandato viri Nobilis Guilliermi Alamandi viri sui se constituerit fidem insolidum pro Aymone Borquin burgense Albone et ad eius requisicionem erga Discretum virum Dominum Nycholaum de Sancto Germano cantorem Gebennensis in triginta et septem libris Gebennensibus monete persolvendis dicto domino cantori vel suis infra festum Beati Johannis Baptiste proximum venturum prout in quodam instrumento inde confecto dicitur contineri, Hinc est quod dictus Aymo Borquin promisit pro se etc. per juramentum suum etc. et obligacionem omnium bonorum suorum etc., dictos conjuges et suos etc., super premissis indempnum constodire etc., et eisdem restituere dampna gravamenta etc., naming as guarantors ? Jaquetus dictus Williaumyns, Petrus dictus Mugner, Nycholaus dictus Magninat, Johannes filius quondam Jaqueti de Byrola, et Johannes dictus Corbet burgenses de Albona ad requisicionem dicti Aymonis Borquin.

21 (xxvi) De indempnate fidejussionum abbatis et conventus Lacus Juriensis. Item, est lictera sub data die Jovis ante festum Beate Lucie Virginis 1299, quod cum Frater Petrus Dei patiencia abbas de Lacu Jurensis Lausannensis dyocesis Premonstratensis Ordinis totusque eiusdem conventus imperpetuum vendiderint viro Discreto Domino Nycholao de Billens legium doctore grangiam suam de Trivillins Gebennensis dyocesis cum appendiciis suis universis pro precio mille sexcentum libris Lausannensibus prout in licteris super dicta vendicione confectis continetur, et predicta grangia de Trivillins sita sit in castellania de Albona, predicti abbas et conventus rogavit et requisunt per presentes Illustrum virum Dominum Humbertum dominum de Villar ut ipse ad instanciam et requisicionem dictorum religiosorum promictat pro se et suis successoribus prefato Domini Nycholao quod prefatus Dominus Nycholaus vel eius successores in predictis vel in aliquo predictorum per dictum abbatem et conventum de Lacu Juriensis predictos vel quamcumque aliam personam collegium vel universitatem occasione vel pretestu (=pretextu) dictorum religiosorum vel suorum seu ecclesie sue inquietarentur, trobarentur, vel molestarentur ipse predictus dominus de Villariis et eius successores prefatum Dominum Nychodum (=Nycholaum) et eius successores ab omni violencia et pertrobacione predictis deffendant custodiant et manuteneant in possessione pacifica predictae grangie cum suis pertinenciis universis, et ut predictus Dominus Humbertus dominus de Villar melius possit ipsos abbatem et conventum compellere ad observacionem predictorum, predicti abbas et conventus obligant eidem omnia bona sua et volunt ut ipse dominus de Villariis sive ? cuiusquam offensa per captionem bonorum suorum predictorum vel alio modo quo sibi videbitur meliori possit eosdem religiosos compellere si forte ipsi vel successores sui vel ali quecumque persona occasione dictorum religiosorum vel ecclesie sue veneret contra predicta vel aliqua de predictis rogant in

super et requirunt dicti abbas et conventus per presentes dictum Dominum Humbertus de Villars ut ipse in instrumento super dicta vendicione confecto sigillum suum apponat.

21 (xxvi) De conventionibus quod Dominus Guigo Alamandi debebat solvere debita Domine Agnetis de Villar. Item, est instrumentum per manus Romei Mosmery ? et Perroneti de Sancti Desiderio et Petri Vyniaci ? notarii confectum sub data 16 mar 1314, quod cum Dominus Guigo Alamandi dominus Vallisbonensis Guilliermum filium suum emancipasset secundum sollempnicatem quam volunt legitime successiones ? et tractatur ? de matrimonio contrahendo inter dictum Guilliermum et Agnetem de Villariis intuitu et contemplacione dicti tractatus et matrimonii predicti contrahendi, considerans et attendens idem Dominus Guigo amorem naturalem et affectum quem habet et habere debet pater erga filium suum et ut dictum matrimonium consummaretur idem Dominum Guigo promisit solvere omnia debita in quibus tenetur dicta Agnes quibuscumque creditoris tam ratione sui ipsius quam ratione domini Amedei de Villariis quondam fratris sui prout in quodam instrumento confecto per manus Perroneti de Sancto Desiderio, Romei Monnemeris ? et Petri Vyniaci notarium publicarum plenius continetur, idem Dominus Guigo pro se et suis post emancipationem predictam donavit et concessit donacione pura inter vivos et irrevocabiliter facta dicto Guilliermo filio suo presente et suis heredibus omnia et singula debita supradicta jam soluta per dictum Dominum Guigonem et solvenda, cedens eidem filio suo omnes actiones et jura que et quas idem Dominus Guigo habet vel habere prout et sibi competunt pro predictis pecuniis vel possent competere in futuris, et fuit actum et expresse in pactis deductum inter dictum Dominum Guigonem et dictam Agnetem quos si contingeret quodam absit dictum Guilliermum decedere sine liberis ab eodem et ab Agnete predicta procreatis, quod dicta conjuges et sui heredes teneantur dictam pecuniam et dictis debitis dicte Agnetis solutam reddere et restituere dicto Domino Guigoni et suis heredibus et in casu resitucionis faciende dicte pecunie dicto Domino Guigoni obligavis dicta Agnes de consensu etc. Domini Hugonis Dalphini domini terre Fucignye castellanum suum de comunitatem et villam ac villam de Hermencie cum omnibus juris etc., ita quod extunt dictus Dominus Guigo et heredes suis remaneant et possideant dictum casteallanus et villas pacifice et quiete quousque de dicta pecunia in dictis debitis ex soluta per dictum Dominum Guigonem dicto Domino Guigoni per dictam Agnetem et eius heredes foret plenarie satisfacionem pro quibus quidem firmiter attendendum et complendum constituit se fidejussores per presentes debitorum dictus Dominus Hugo Dalphini dominus terre Fucignye pro dicta Agnete in manu dicti Domini Guigonis Alamandi de voluntate et mandatao ipsius Agnetis deinde vero dicta Agnes dedit et concessit nomine dotis et in dote dicto Guilliermo filio dicti Domini Guigonis presentis omnia bona sua mobilia et immobilia, villas, castra, juridiciones, et feodum in quibuscumque rebus existant et quocumque nomine censeantur, sic pactis dictus Guilliermus et dicta Agnes contraxerunt matrimonium per verba de presenti etc.

21v (xxvi) De concordia facta inter Dominum Guigonem Alamandi et Guilliermum eius filium et Angnetem uxorem dicti Guilliermi. Item, est instrumentum confectum per manus Aymonis de Ponchiaco et Denysii de Alixandria notarium publicorum sub data iii Idus Decembris 1316, quod cum discordia verteretur inter Dominum Guigonem Alamandi dominum Vallisbonensis ex una parte, et Guilliermum eius filium et Agnetem de Villariis uxorem dicti Guilliermi ex altera, super eo quod dictus Guilliermus et dicta Agnes dicebant quod dictus Dominus Guigo omnia debita creditoris dicte Agnetis tam suo nomine quam hereditaris nomine bone memorie Domini Amedei de Villariis fratris quondam dicte Agnetis non solverat nec

satisfecaret prout continebatur et convenaret secundum conventiones habitas inter ipsum Dominum Guigonem et Agnetem predictam de quibus conventionibus fidem erat Dominus Fucignye et castrum suum Fucignye specialiter oblivagerat prout in instrumento inde confecto plenius continentur, dicto Domino Guidone asserente quod dicta Agnes conventiones predictas sibi non servaverat eo maxime quod terram suam datam in doctem dicto Guilliermo ipso domini Guigoni administrare non permictebat nec eciam Dominum Guilliermum filium suum permictebat dominari ? in dicta terra nec ipsa uti sicut uti debet maritus rerum de talium ? et quod in multis aliis ipsi domino Guigoni promissis per ipsam Agnetem non servavaret quare ad solvendum dicta debita minime tenebatur que tamen negabat dicta Agnes, Tandem tractatu communum ? amicorum prehabito dicte partes de dictis discordiis ad pacem devenerint ut infra sequitur, In primis, quod dictus Dominus ~~Hugo~~ Guido Alamandi solvat debita infrascripta liberando Guilliermum eius filium et Agnetem uxorem suam de dictis debitis, videlicet, de omnibus que dicta Agnes debebat tam pro se quam pro Domino Amedeo fratre suo Illustri viro domino Fucignye, Domino Nycholao de Sancto Jorio militi, Domini Nycholao de Sancto Germano canonico Gebennensis, domino preposito Montis Jovis, Lumbardis ? de Rumilier, Nobili viro Amedeo de Cusant et Domine Katherine eius uxori debitum quandam ipsam debebat apud Friburgum de quo erat fidejussor, Dominus Aymo dictus de Montagnye et faciat quod dicti creditores tradant licteras quictacionis et vel reddant originalia instrumenta debitorum, et si contra alia debita dicte Agnetis dictus Dominus Guigo solvit cedant ad exhonerationem dictorum Guilliermi et Agnetis et omnia alia debita in quibus tenebatur dicta Agnes sive pro se vel pro Domino Amedeo fratre suo aliis personis quam suprascriptis vel que non solvit dictus Dominus Guigo aliis creditorum usque ad die hodiernam solvant de bonis dotalibus et solvere tenantur dicti conjuges et de hiis quictent dicti conjuges dictum Dominum Guigonem et de conventionibus quas habebat predictus Dominus Guigo de predictis debitis persolvendis. Item, actum est quod pro reemenda terra de Yllie quam emit Dominus Nycholaus de Sancto Jorio precio nonagesimo librarum Gebennensium dictus Dominus Guigo solvat dictis conjugibus quingentas libras infra biennium a die date presentes computandum qua redde redempta sit dotali ipsius Guilliermi. Item, quod dictus Dominus Guigo faciat et curet quictare infra biennium dictum Guilliermus eius filium de omnibus obligacionibus in quibus idem Guilliermus erat obligatus creditoribus superius nominatis in quantum obligatus reperiretur in manibus aliquius eorundem et eciam ab omnibus aliis personis quibus dictus Guilliermus esset quomodolibet obligatus racione dictorum debitorum que debet solvere dictus Dominus Guigo ut supra declaratur. Item, quod omnis fructus et epitus omnium bonorum dicte Agnetis dataris in dotem dicto Guilliermo cedent in expensis dictorum conjugum et quamquam ultra dictus expensis fuerunt residui de dictis fructibus cedat totum in exonerationem dictorum debitorum solvendum per dictos conjuges et in reemptionem rerum venditarum per dictum Dominum Amedeum vel Agnetem ad rachez et gagiaram reemptionem rerum venditarum per dictum Dominum Amedeum vel Agnetem ad rachez et gagiaram reemptionem, ita quod dictus Guilliermus non possit nec debeat eos convertere in alias usus nec alicui ob aliquam tamen alienare vel obligare donec dicta debita et dicte res vendite ad rachez et redempte et reachitate integre fuerunt persolute quibus debitis persolutis dicti fructus spectent ad dictum Guilliermum prout ad ritum debent de jure pertinere et tanquam fructus vel ? dotalis... , many further provisions and guarantees.

22 (xxvii) De dote Domini Humberti Alamandi. Item, est instrumentum publicum per manus Jaqueti Rosselli de Tucignye et Guilliermi de Grignyer notarium publicorum confectum sub data 11 nov 1328, quod Illustris Domina Domina Johanna de Sabaudia domina de Gez ex

una parte, et vir Nobilis Dominus Guilliermus Alamandi dominus Walbonensis ex altera, sibi ad invicem sollempniter promisserunt procreare pro posse quod Humbertus filius dicti Domini Guilliermi et Agnes filia ipsius domine Johanne matrimonium contrahent inter se pro qua Agnete dotanda prefata domina de Gez tutrix et tutorio nomine Hugonis filii sui de consensu et voluntate ipsius Hugonis eidem Domino Guilliermo socerio suo et dicti filii suis Humberti nomine recipiente donavit in dotem et nomine dotis mille et ducentas libras bonorum Gebennenses quas per juramentum suum promisit solvere eidem Domino Guilliermo et Humberto predictos post mortem ipsius Domini Guilliermi infra triennium post dictum matrimonium contractum, videlicet quadragintas libras infra primum annum post dictum matrimonium et alias quadragintas infra secundum annum et reliquas quadragintas infra tercium annum continue secuturum, various conditions and guarantees, and with augmentation of dowry by Guilliermus in the amount of 700 (likely a scribal error for 600, as the augment made by the family of the groom was traditionally in the amount of 50% of the contribution by the family of the bride) livres payable over three years. Many further provisions, including that when the other children of Guilliermus reach puberty, they will make quitclaim for their interest in the estate of Guilliermus that has been donated in dowry to Agnes.

22v (xxvii) De convencionibus Domini Guigonis Alamandi et Domine Agnetis de Villariis. Item, est quoddam instrumentum confectum per manus Perroneti de Sancto Desiderio, Rosmeri et Petri Vyniaci notarium publicorum sub data 16 ? mar 1314, quod cum tractaretur inter Dominum Guygonem Alamandi dominum Walbonensis ex una parte, et Nobilem Dominam Agnetem de Villar ex altera, de contrahendo matrimonio inter Guilliermum filium dicti Domini Guygonis et dictam Agnetem et ut dictum matrimonium facillius posset consummari, dicti Dominus Guigo et Agnes promictunt accentere et complere convenciones et pactiones olim habitus inter eos super dicto matrimonio contrahendo scriptas in quadam cedula cuius tenor sequitur in hunc modum, Memorandum quod Guilliermus filius Domini Guigonis Alamandi capere debet in uxorem Agnetem de Villariis et dictus Dominus Guigo amancipare debet sollempniter dictum Guilliermum filium suum et debet eis dare libere sine obligacione castrum de Clays cum mandamento et pertinenciis suis..., long summary of donations and promises made by Guigo and many other provisions.

23v (xxviii) De administratione Domini Guigonis Allamandi. Item, est instrumentum publicum manu Petri de Alberrosa ? notarii confectum sub data quinto Nones Marcii 1315, quod cum Nobilis Agnes de Villariis uxor Domini Guilliermi Alamandi dederit in dotem omnia bona sua quecumque sint dicto Guilliermo, quod dictus Guilliermus vel alius de mandato suo habeat plenam et liberam administrationem omnium dictorum bonorum percipiat omnis fructus redditus et exitus dictorum bonorum et de eis faciat quidquid sibi videbitur facientis etc., quam administrationem dictus Guilliermus de voluntate dicte Agnetis exuunt concedit Domino Guigoni Alamandi domino Walbonensis patri suo, ita quod dictus Dominus Guido nomine dicti Guilliermi omnia predicta faciat et exerceat sic ?, sicuti idem Dominus Guilliermus faceret si per se admnistratret qui Agnes et Guilliermus mandant et percipiunt omnibus hominibus suis dicte terre cuiusque status sint ut ipsi exuunt respondeant et satisfaciant dicto Domino Guigoni vel mandato suo de predictis fructibus redditus etc., de quibus eidem Agnete respondere et obedire tenebantur, various provisions to be met by the said Guigonis etc.

23v (xxviii) De reemptione terre de Yllis quam debet facere Dominus Guigo Alamandi. Item, est instrumentum publicum manu Perroneti de Sancto Desiderio notarii confectum sub data die *Sabbati ante Ramum Palmarum que est Idus Marcii* (the year has been omitted, but there are limited possibilities for the date, as Palm Sunday here falls on the day after the Ides of March, March 16, and thus Easter must have fallen on March 23: the only possible year by the Julian calendar is *1315 Style of the Nativity, or 1314 Style of the Annunciation*), quod cum vir Nobilis Dominus Guigo Alamandi dominus Walbonensis de voluntate Agnetis de Villariis nobilis et Guilliermi filii dicti Domini Guigonis maritique Agnetis vendiderit viro Nobili Domino Nycodo de Sancto Jorio militis terram de Yllie specantem ad dictam Agnetem, for 900 livres, and Guigo promises to redeem the said property within the next 6 years counting from the next Easter.

23v (xxviii) Testamentum (in fact, a very long extract of the testament) Domini Guigonis Alamandi. Item, est instrumentum publicum manu Johannis de Auris ? notarii confectum sub data 24 jan 1317, quod vir Nobilis Dominus Guigo Alamandi dominus Warbonensis ordinavit de bonis suis et testamentum condidit et *inter cetera in dicto testamento contenta et ordinata* (this phrase indicates that the present document is in fact a “notice of testament”, containing only the provisions concerning particular beneficiaries, to whom the notice would have been sent) ipse Dominus Guigo confessus fuit de olim donasse donacione pura simplici et irrevocabili inter vivos karissime uxoris sue Elienoz de Rossilione et ad huc nunc pro sui cautela eisdem Elienoz donavit et concessit in augmentum dotis sue castrum suum Walbone cum toto mandamento et pertinenciis ipsius castri ad tenendum fruendum et possidendum per ipsam in vita sua tantum, et quamdiu caste et honeste vixerit et sine onere debitarum et legatoris. Item, modo et forma et condicionibus supra eidem uxoris sue tanquam benevolente ? et maiori gracia digne donavit castrum suum de Classio cum mandamento et pertinenciis eiusdem ad tenendum fruendum et percipiendum post obitum ipsius Domini Guigonis, also many bequests involving his many children and their descendants, and his siblings. (In effect, this extract seems intended to specify the bequests to the family and relatives of Guigo Alamandi.)

24v (xxix) De fidejussione domini Fucignye. Item, est lictera manu Denisii de Alissandria (=Alexandria) notarii confecta sub data Idus Decembris 1316, quod cum super litibus et discordiis artis inter Magnificum virum Dominum Guigonem Alamandi dominum Walbone ex una parte, et Guilliermum eiusdem Domini Guigonis filium et Agnetem de Villariis uxorem dicti Guilliermi ex altera, tractatu communum amicorum suorum prehabito, dicte partes de ipsis discordiis et litibus devenerunt ad pacem prout hec omnia in quodam publico instrumento per manum Aymonis de Pochiaco notarii et signo dicti notarii signato dicuntur contineri, et cum in dicto instrumento expresse contineatur et actu sit inter dictas partes quod contenta in dicto instrumento tam dictus Dominus Guigo quam dicta Agnes fidembere debeant per Potentem virum Dominum Hugonem Dalphini dominum Fucignye. Item, actum sit et in dicto instrumento specialiter exprimatur quod pro reemenda terra de Yllie quam emit Dominus Nycholaus de Sancto Joris a dictis conjugibus precio no[n]gentarum librarum Gebennensium dictus Dominus Guigo solvat dictis conjugibus infra biennium a die date presentis computanda...

24v (xxix) De requesta domini Fucignye facta per Reymondi de Thoyris. Item, est instrumentum publicum factum per Aymonem Clavelli notarium sub data 26 apr 1320, quod Reymondus de Thoyria domicellus nuncius Domini Humberti Dalphini domini terre Fucignye ore tenus requisivit Johannem Alamandi nomine et ex parte dicti domini Fucignye, quod cum

Dominus Guigo Alamandi quondam pater dicti Johannis in fidejussionem possuerit (=posuerit) dictum dominum Fucignye in sex mille libris Gebennensis erga Nobilem Domicellam Agnetem de Villariis quod pacta et convenciones habita et habitas inter dictum Dominum Guigonem quondam patrem ipsius Johannis prout in licteris et instrumentis pro predictis inde confectis et habitis continetur attendat tanquam here dicti Domini Guigonis...

24v (xxix) Testamentum Domini Guilliermi Alamandi. Item, est testamentum ipsius Domini Guilliermi per verba que secuntur, In nomine Domini Nostri Jhesu Christi Amen, Anno domini a Nativitate eiusdem mo ccc^o xxxii^o Indicione xv, die xxviii mensis Aprilis (28 apr 1332 Style of the Nativity), coram me notario et testibus infrascriptis, Ego Guilliermus Alamandi miles dominus Walbone in bona memoria constitutus, sanus mente per Dei gratiam licet erga seu debilis sui corpore cupiens humane sortis evencium..., many individual bequests to his children and others.

26v (xxxix) De domo forti de Mesatico (Messatico). Item, est instrumentum per manus Guilliermi de Grigniaco notarii confectum sub data 10 jul 1341, quod cum vir Nobilis Dominus Guilliermus Alamandi dominus Walbone dederit se legaverit Nobili viro Domino Humberto Alamandi domino Albone filio q suo quondam domum fortem de Mesatico ? ...

27 (xxxix) De assectamento dotis Domine Jordane uxoris Domini Humberti de Villariis. Item, est quoddam vidimus duarum licterarum confectarum super assectamento dotis Domini Jordane uxoris Domini Humberti de Villariis quondam, videmus confectum est per manum Roleti de Trivillins, Aymonis de Lausanana, et Stephani de Lavignye notariorum publicorum sub data ii Kalendas Aprilis 1321, in quarum licterarum continetur quod vir Dominus Humbertus de Villariis donacione propter nuptias facta que in istis partibus vulgariter *duayre* appellantur, domine Jordane de Grandissono uxori sue donavit et concessit quadrigentas libras auri annui reddictus...

27 (xxxix) De donacione facta per Guigonem Alamandi Guilliermo Alamandi fratri suo. Item, est quoddam instrumentum publicum confectum per manum Jacobi Faverii notarii sub data 20 oct 1324, quod vir Nobilis Guigo Alamandi domicellus filius inclite recordacionis Domini Guigonis Alamandi domini quondam Walbone in presencia Reverendi in Christo Patris Domini Guilliermi de Royno ? Grationopolis (=Grenoble) Episcopi pro se et suis imperpetuum donavit et concessit viro Nobili et Potenti Guilliermo Alamandi fratri suo Domino Valbone...

27 (xxxix) De solucionibus factis per Dominum de Fucignye. Item, est instrumentum publicum confectum per manum Maynardi de Argenteria notarii publici sub data 18 nov 1330, quod cum Illustris vir Dominus Hugo Dalpnini bone memorie dominus Fucignye nomine suo et suorum esset obligatus Nobili et Potenti viro Domino Guilliermo Alamandi domino nunc Valbone et Nobili Agneti de Villariis quondam eius uxoris in quinque millibus libris Gebennenses...

27v (xxxix) De facto Ballonis et de Monthouz. Item, est quedam lictera sub data 09 nov 1335, quod cum virtute pacis nuper inhite ? inter Illustres viros et Potentes Dominum Aymonem comitem Sabaudie et Dominum Humbertum Dalphini, mentions castra, villas, et loca de Monthouz, de Ballone, et Grandis Comforti or Villa Grandis Comforti.

28 (xxxiii) De castellanis Hermencie. Item, est lictera per manum Guilliermi de Grignyaco clerici confecta sub data die Jovis post Rogaciones 1319, quod vir Nobilis Dominus Rodolphus Monachi de Vouflens miles tunc castellanus Hermencie pro domino Fucignye promisis per juramentum suum etc. reddere et restituere Illustri viro Guillermo Alamandi et Agneti de Villariis eius uxori dominis Albone vel alter eorum vel eorum mandato dictum locum Hermencie totamque villam cum fortaliciis... Followed without a separate title by:

28 (xxxiii) Item, est quedam lictera per manum dicti Guilliermi de Grignyaco clerici confecta sub data 03 apr 1323, quod Guilliermus Nigri de Lucingio domicellus recognovit tanquam castellanus Hermencie pro Illustri viro domino Fucignye se tenere et teneri debere durante tenuta sue castellanie predictae Illustri viro Guillermo Alamandi domino Albone et Agneti de Villariis eius uxori ... And by:

28 (xxxiii) Item, est quoddam instrumentum per manum Petri Marisii notarii publici confectum sub data 06 dec 1327, quod vir Nobilis Dominus Humbertus de Thelay ? miles castellanus Hermencie promisit per juramentum suum etc. viro Nobili et Potenti Guillermo Alamandi... , citing quondam publico instrumento facto et signato manibus Guilliermi de Grignye et Petri Leyderii notariorum publicorum sub [data] ab Incarnacionem Domini 1318, Indicione prima, xiii Kalendas Octobris.

28v (xxxiii) De castellano Hermencie. Item, est quoddam publicum instrumentum per manum Guillerum de Grignyer notarii confectum sub data die Jovis post Dominicam qua cantatur Reminiscere 1338, quod Nobilis Petrus de Chessier domicellus castellanus Hermencie nomine domini Dalphini Vienne promisit per juramentum suum etc. Nobili viro et Potenti Humberto Alamandi domino Albone stipulanti et recipienti nomine suo et suorum etc. attendere et inviolabiliter observare quamdiu erit et steterit castellanus dicti loci Hermencie omnis conventiones et pactiones inhiatas inter virum Illustrem et Potentem Dominum Hugonem Dalphini dominum de Fucignye ex una parte, et virum Nobilem Guillerum Alamandi et Agnetem de Villariis eius uxorem dominos Albone ex altera, super facto et obligationibus castri de Hermencia inter quas conventiones continentur quod castellani qui pro tempore fuerit in dicto castro et villa de Hermencia nomine domini Dalphini predicti dominum Fucignye et suorum teneantur predicta convenciones inhiatas inter predictos Dominum Hugonem dominum Fucignye et conjuges servare prout dicte convertiones continentur in quodam publico instrumento facto et signato manibus dicti Guilliermi de Grignyer et Petri Leyderii notariorum publicorum sub anno ab Incarnatione Domini m^o ccc^o xviii^o (1318), Indicione prima, xiii Kalendas Octobris, et promisit idem castallanus quod nunquam per se vel per alium interpositam personam et contra predicta vel aliqua de predictis non facere vel venire etc.

28v (xxxiii) De tradicionem castellanie Hermencie facta per dominum Dalphini Vienne Petro de Chusseri ? domicello. Item, est quoddam instrumentum confectum per manum Johannis Armandrini de Grationopolis (=Grenoble) notarii sub data 29 jul 1343, quod Illustris et Potens Dominus Humbertus Dalphini Vienne tradidit et commisit bolliviam ? (=balliviam ?) Vienne et castrum Morasii et eorundem custodiam et pertinenciis eorundem Domino Amedeo de Rossillione milit[i] condominus hostagii baylivio ? (=ballivio) Vienne nomine et ad utilitatem dicti domini Dalphini et liberorum suorum masculorum et femellarum de corpore sue et in legitimo matrimonio procreandorum, et in casu in quo dictus dominus Dalphinus sive liberis

predictis moriretur fecit dictam tradicionem nomine et ad utilitatem Illustris et Potentis Domini Johannis de Fruencia secundo geniti Illustrissimi et Potentissimi Principis Domini Johanni Dei gracia Francorum Regis vel nomine et ad utilitatem illius de liberis Domini Johannis ducis Normandie dicti Domini Regis primageniti, qui electus fuerit per Dominum Regem predictum vel eius successores in regno secundum pacta et conventiones super habitus inter dictos dominos regem et dalphini, qui dominus Amedeus bayllivus ? (=ballivus) et castellanus predictus de mandata dicti domini Dalphihi eidem domino Dalphino presente ? et recipiente pro se et liberis suis masculis et femellis ab eodem ex legitimo matrimonio procreandis ac Reverendo in Christo Patri Domino Petri Dei gracia Episcopo Claromontem et Potenti viro Domino Vuilliermo Flote domino de Ruello militi cancellariis Fruencia ad Nobilibus et Discretus viris Dominus Petro de Cingueriis militi, Johannis prioris de Crespeyo, Berengario de Monte alto archidiacono Lugdonensis, ac Aymaro de Alta Villa canonico Lugdonensis consiliariis regiis et procuratoribus presentibus et recipientibus nomine et ad opus dicti Domini Johannis filii predicti Domini Regis et illius de filius dicti domini ducis Normandie in quem secundum pacta et conventions predictas de voluanda esset successio Dalphinatus juravit idem Dominus Amedeus per juramentum suum etc. (apparently inserted here by reference mark: esse obediens firmiter et fidelis in omnibus et per omnia dicto domino Dalphino quamdiu vitam duxerit in humanis et dictum castellanum balliviam ? (=balliviam) et castellaniam fideliter custodire nomine et ad utilitatem dicti domini Dalphini et liberarum suorum...), further provisions.

29 (xxxiiii) Testamentum Domine Agnetis de Villariis. Item, est testamentum Domine Agnetis de Villariis receptum ac copiatum per Guiliermum de Grigniaco notarium sub data _____ (long blank space, thus no date on this copy), in primis animam suam recommendat altissimo creatori etc., various religious and individual bequests.

29v (xxxiiii) Stephanus filius Ansermi Petri de Albona. Item, est lictera per manum Perreti de Communyer facta sub data iii Idus Marcii 1335, quod Stephanus filius Ansermi Petri de Albona quondam recognovit se esse hominem ligium Illustris viri Humberti Alamandi domini Albone, many properties.

30 (xxxv) De vendicione unius modii frumenti census facta per Aymonem Mary de Montherot Perroneto Chapuis de Alamant. Item, est lictera confecta per Nycholaum de Birola clericum sub data iii Idus Nones Februarii 1338, quod Aymo dictus Mary de Montherot et Michael eius nepos vendiderunt perpetue Perroneto dicto Chapuis de Alamant et Perreto eius filio, videlicet unum modium boni frumenti... pro octo libris bonorum Lausannenses, et pro dicto frumento census persolvendo constituit se fidejussorem insolidum Nycoletus de Cuelie burgensis Albone.

30 (xxxv) Dictus Willy Lathomi. Item, est lictera sub data ii Idus Octobris 1342 confecta per Nycholaum de Birola clericum, quod Perronetus carpentator de Alamant et Perrodus eius filius habitatores Albone vendiderunt perpetue dicto Willy Lathomo burgensi Albone et Cristine eius uxori unum modium boni frumenti... pro octo libris Lausannenses... in quo modio frumenti predicti census Aymo dictus Mari de Montherot et Michael eius nepos eisdem Perroneto et Perrodo tenentur et de eodem frumento census est fidejussor Nychodus de Duylier burgensis Albone.

30 (xxxv) De cessione facta per relictam dicti Wulli Lathomi. Item, est lictera facta per Perretum de Commungnyer sub data 19 aug 1344, quod cum Aymo Mary de Montherot, Michael eius nepos filius quondam Jaqueti Mary de eodem vendiderunt perpetue Perroneto carpentatoris de Alamant et Perrodo eius filio habitatores Albone, precio octo librarum Lausannensium unum modium boni frumenti, de quo modio frumenti predicti census persolvendo Nycholaus de Duyelier se constituit fidjussor, de quo quidem frumento census sic vendito predicti pater et filius cessione fecerunt dicto Willy Lathomi et Cristine eius uxori burgensibus Albone, Hinc est quod predicta Cristina relicta dicti Willy vendidit perpetue Illustri viro Domino Humberto Alamandi domino Albone, precio octo librarum Lausannensium, delivering to Humbertus the said letters of sale.

30 (xxxv) Percivallus filius Petri Rendu de Gimel. Item, est lictera confecta per Perretum de Commungnyer sub data 16 mar 1344, quod cum vir Illustris Dominus Humbertus Alamandi dominus Albone accensaverit perpetue Percivallo filio Petri Rendus de Gimel res et possessiones quas Perronetus Margencel de Albona habet in villa de Gimel et territorio eiusdem, Hinc est quod predictus Percivallus confessus fuit habere et custodire nomine dicti domini ad manutenendum accensationem predictam, videlicet *sex licteras*, quarum [1] in una continetur quod dictus Perronetus Margencel et Margareta eius uxor obligaverunt dicto Percivallo quandam peciam prati sitam in Prata subtus villam de Gimel juxta pratum heredum Perroneti de Columbier a iuria, pro sex libris Lausannensibus. In [2] alia continetur quod predicto conjuges obligaverunt dicto Percivallo medietatem tocus feni prati prelimitati precio undecim libris Lausannensibus. Item, in [3] alia continetur quod predicti conjuges vendiderunt Johannis de Quercu de Beria burgensis Albone dimidium modium boni vini seu musti ad mensuram Albone census precio decem librarum monete preciete. Item, in [4] alia continetur quod dictus Perronetus debet ex causa mutui Aquineto judeo Albone triginta solidos Lausannenses de quo debito dictus Willy de Mont est fidejussor. Item, in [5] alia continetur quod dictus Perronetus promisit servare indemnationem dictum Willy super dictam fidejussionem. Item, in [6] alia continetur quod dictus Perronetus confitetur debere dicto Willy et dicto Vullet de Sancto Georgio quadraginta solidos Lausannenses ex causa vendicionis calcis. Item, confitetur habere *unum passamentum* factum per dictum Willy super bonis predicti Perroneti quas quidem licteras et dictum passamentum dictus Percivallus promisit per juramentum suum etc., bene et fideliter custodire ad opus ipsarum partium salvo tamen ovalio (this term usually refers to a major disaster, such as flood or conflagration), et easdem licteras ostendere in iudicio quocienscumque fuerit necesse ad manutenendum accensamentum predictam.

30v (xxxv) Vidimus lictere decime maioris de Bayoes. Item, est quoddam vidimus sub data mense Junii 1331 cuiusdam lictere cuius tenor sequitur, Nos Aymo de Quercu propositus et capellanus Lausanne ecclesie, Notum facimus universis, quod cum nos habeamus et perciperi debeamus singulis annis tempore messium decimam bladorum in tota terra tocus tenementi maioris de Bayoes ubicumque sit in villa et territorio de Bayoes, Nos in supra utilitate nostra et ecclesie nostre dictam decimam accensavimus et accensamus et sub annuo censu tradidimus pro nobis et successoribus nostris imperpetuo Petro Maioris de Bayoes et heredibus suis pro sex cupis frumenti receptibilis et sex cupis avene ad mensuram Lausanne nobis singulis annis solvendis Lausanna in fecto Beati Michaelis, datum mense Septembris 1291.

30v (xxxv) Petrus dominus Montisricherii. Item, est quedam cedula paperia tenoris infrascriptis, Nos Johannes Dei gracia Lausannen Episcopus, notum facimus universis, quod in nostra presencia personaliter constituti Nobiles viri Humbertus Alamandi dominus de Albona ex una parte, et Petrus Dominus Montisricherii ex altera, prefatus Petrus intravit homagium dicti Humberti et fecit homagium prout quondam Dominus Jacobus pater dicti Petri et alii predecessores sui intraverunt et fecerunt homagium dicto Humberto et aliis predecessoribus suis, with a long list of notables as witnesses, dated die Martis ante festum Beati Vicencii Lausanne in domo nostra episcopali 1338.

\

31 (xxxvi) Girardus et Johannodus filii quondam Pe[rroneti] de Feschier. Item, est quedam lictera facta per Perretum de Commungyer clericum sub data xii Kallendas Octobris 1338, quod cum Girardus filius quondam Perroneti de Feschier assectaverit de laude et voluntate Nobilis viri Humberti Alamandi domini de Albone Jaquete eiusdem Girardi uxore alumpneque Domini Stephani Marchiant canonici Lausanne quater viginti libras Lausannenses pro dote ipsius Jaquete super certis rebus et possessionibus que a dicto Humberto sub feodo ligio moveri dignoscuntur, Hinc est quod prefati fratres Johannodus et Girardus promisserunt pro se et suis quibus insolidum per juramenta sua etc., redimere et debrigare dictum feodum seu dictam assignacionem a dicta Jaqueta seu ab aliqua alia persona causam habentem a predicta Jaqueta pro posse suo infra sex annos continue et immediate sequentes, videlicet in illo casu in quo dictus Girardus non haberet heredem legitimum qui possit deservire dicto Humberto vel suis de feodo supradicto. Item, si contineret dictum Girardum decedere ab humanis sine herede superstite a suo corpore legitime procreate seu procreande quod absit in illo casu dictus Johannodus frater dicti Girardi per juramentum suum etc., promisit super dicto feodo bene et fideliter dicto Humberto et suis deservire et dictum feodum redimere et debrigare pro quantitate pecunie contenta in lictera assignacionis predictae.

31 (xxxvi) De indempnitate fidejussoinis prioris et conventus Romanimonasterii. Item, est lictera sub data 09 jan 1346, quod cum frater Altaudus (elsewhere also Arthaudus) Alamandi prior Romanimonasterii et conventus eiusdem loci pro se et suis vendiderint Girardo filio quondam Johannis Grasseti de Serrata, Fratri Dogni Vulliermi monachi et inferiorii Romanimonasterii, et heredibus ipsius Girardi ad vitam ipsius Dogni Vulliermi tamen et non ultra totam decimam religiosorum predictorum de Bussi tam bladi quam vini cum suis pertinenciis precio centum librarum Lausannensium habitatum etc., et Nobiles viri et Potenti Dominus Humbertus Alamandi dominus Albone et Johannes dominus de Cossonay se constituerunt fidejussores quilibet insolidum ad dictam vendicionem manutenendam, Hinc est quod prior et conventus pro se et suis prefatum Dominum Humbertum dominum de Albona et suos super dicta fidejussione indempni custodire sub voto religioso sue et sub obligacione bonorum suorum.

31 (xxxvi) Petrus Ultet (Urtet) de Yens. Item, est lictera per Amedum de Perrueys clericum facta sub data iiii Nones Januarii 1334, quod Stephanus Rogier de Yens concessit perpetue Petro Urtet (=Ultet) de Yens et suis quandam peciam terre sitam in territorio de Yens in loco dicto Ebron juxta terram ecclesie de Yens et carreriam do Boulo a parte venti.

31 (xxxvi) Marguerona relicta Amedei de Commungnyer. Item, est lictera manu Guilliemi de Grignyer clerici confecta sub data die Jovis post festum Beate Lucie 1332, quod Marguerona

relicta Amedei de Commugnier (abbreviated ñier) pro se et suis donavit et remissit viro Nobili Humberto Alamando domino Albone et suis omne jus omnisque acctiones sibi competentis et competituris in et super bonis dicti Amedei viri sui et specialiter dotem suam et omnis donationes sibi factas per dictum Amedum, retinens sibi quadraginta libras Gebennenses de dote sua de quibus ipsa possit ordinare in eius ultima voluntate.

31 (xxxvi) De dote dicte Marguerone. Item, est lictera manu Guilliermi de Grignye clerici facta sub data die Veneris post Pasche 1333, quod Johannes vicedogni de Divona heres universalis Marguerone relicte Amedei de Commugnyer (abbreviated as above) vendidit perpetue et relinquit viro Nobili Humberto Alamandi domino Albone et suis, videlicet quadraginta libras quas ipsa Marguerona retinit in cessione predicta.

31v (xxxvi) De associacione testamentaria Domini Aymonis de Turre (uncertain script and abbreviation, but confirmed on fol. 32v, below). Item, est quedam lictera sub data die Veneris ante festum Beati Luce Evvangeliste 1273 sexto (defective date in some way – the year was likely originally ccc^{mo}, rubbed out and then CC^{mo} lxx^oiii^o sexto written after the erasure, possibly sexto is intended to be the indiction), quod iudex Chablexii et Valesii apparuit testamentum Domini Aymonis de Turre militis, in quo testamento continebatur quod dictum Aymo ordinavit quod Jordana de Grandissono uxor sus ducentas marchas quoas habuit de dote sua super debita iii^C marcharum minus triginta libras Bernenses ? quas eidem domino Aymoni debebat Rodulphus dominus Albi Castri recuperet ipsa Jordana et residuum quod est ultra dictas suas marchas quod idem Rodulphus sibi eidem Domino Aymoni debebat, donavit libere idem Dominus Aymo eidem Jordane. Item, ordinavit quod Dominus Otto frater ipsius Jordane eidem restituat octoginta marchas in quibus dictus dominus Otto eidem Domino Aymoni tenebatur de dicta dote. Item, ordinavit quod pro usu ipsa Jordana percipiat singulis annis sexaginta libras bonorum Maurensis ? sibi solvendas in Purificatione Beate Marie ab herede ipsius Domini Aymonis, quarum solucionem dictus heres (should be here ?) facere et assecurare teneatur ad dictum Domini Aymonis de Prez, Domini Vulliermi Dapiferi Laussane, et Ansermi de Sansiis, et pro dictis sexaginta libris annis quibus contenta fuit residuum hereditatis dicti Domini Aymonis quietavit a consuetudine usus dyocesis Sydunensis.

31v (xxxvi) Vidimus testamenti predicti. Item, est quoddam vidimus testamenti Domini Aymonis de Turre militis confectam sub data mense Septembris 1277 (this is the date of the copy, not the date of the original testament), in quo vidimus continetur ordinaciones predictes etc. (no more text).

31v (xxxvi) Assignacione et quietacione dicte Domine Jordane. Item, est lictera sub data mense Januarii 1276, quod dicta Jordana quietavit Petrum filium et heredem dicti Domini Aymonetis de predictis iii^C et octoginta marchis argenti quos eidem Domine Jordane firmaverit ? in manu Domini Rodulphi domini Albi Castri etc.

31v (xxxvi) Assignacione dotis Domine Jordane. Item, est lictera sub data mense Februarii 1289, quod Dominus Humbertus de Thoyris dominus de Villar assignavit et assectavit Domine Jordane de Grandissono uxori sue sex mille libras bonorum Vienne ? que habuerat pro dote sua, videlicet super castro suo de Hermencia et domo sua de Coppet et castellaniis, juris, redditus, et exitibus ac aliis dicti castri de Hermencia et dicte domus de Coppet appendenciis et pertinenciis

que habebat in castro et villa ac castellania de Albona et super universis et singulis que habebat et habere debebat idem Dominus Humbertus a Clusa de Gex usque ad lacum de Yverduno et que habebat in dyocesis Lausanne et Seduni quocumque vocabulo censeantur pro dicta dote dicte Domine Jordane et suis fore salva et excepto a predicta assectacione quod super hiis que habebat idem Dominus Humbertus a Rodano et a lacu Lausanne versus Lausannem debebat et continebatur idem Dominus Humbertus assignare et assectare Johannis domino de Cossonay quadraginta libratas terre pro dote Marguete filie dicti Domini Humberti et uxorisque dicti Johannis.

31v (xxxvi) Due vidimus lictere predictae assignatione predictae. Item, sunt duo vidimus ipsius lictere de assignatione dotis predictae Domine Jordana, quarum unum est sub data die Sabbati post festum Omnium Sanctorum 1302, et aliud vidimus est sub data die Jovis ante Pentecostes 1304.

32 (xxxvii) De quodam debito m[ille] librarum currencie ? prenominate. Item, est lictera sub data 14 nov 1283, quod Magnificus vir Dominus Otto Dei gracie comes Burgondie palatinus illustris ac dominus Salminensis ? recognovit se habuisse a bocatino Joseppitine et mercatore Florencia pro se et sociis suis mille librarum bonorum currencie prenominate Marguerone.

32 (xxxvii) De comite Burgondie. Item, est lictera sub data die Sabbati ante festum Beate Marie Magdelena 1286, quod dictis Otto comes palatinus de Borgondia et Dominus Salmiensis ? debet Domino Humberto de Thoyre domino de Villar xiii^C et quinqueginta libras currencie ex causa cuiusdam date quam debebat idem dominus comes Domino Henrico de Grandissono quondam episcopo de Verdon.

32 (xxxvii) De procuracione Domini de Grandissono. Item, est lictera sub data mense Marcii 1288, quod Dominus Otto de Grandissono constituit procuratorem suum Dominum Humbertum de Thoyre et de Villars sororium suum ad recuperandum a Nobili viro Domino Johanne de Cabillione vel a Janducho de Florencia mercatore civium Bissoncinensis octogentes libras Stephanensium etc.

32 (xxxvii) De debito Domine Jordane. Item, est lictera sub data 10 oct 1282, quod vir Nobilis Otho dominus de Grandissono debet Domine Jordane domine de Turre sorori sue quadraginta libras currencie Nygropolitanis ? et ducentas libras Lausannes. Item, est lictera sub data mense Aprilis 1281, quod Stephanus dictus Tubin civis Lausanne debebat Domine Jordane relicta Domini Aymonis de Turre quadraginta libras Lausannenses ex mutuo habito.

32 (xxxvii) De summa expensis ? ad instanciam Domine Jordane. Item, est lictera sub data 1281, quod abbas Fontis Andree iudex unicus a Domino ... ? ex... fecit omnis illos et illas qui verberaverunt Galterium clericum nuncium dicte Domine Jordane et qui licteras ipsius quas ipse defferebat destruxerunt in dyocesis Sedonensis.

32 (xxxvii) De mandato castellani de Bracon. Item, est quedam lictera sub data die Mercuri post Translacionem Beati Nycolai 1332, quod Bertholomeus de Balma castellanus de Bracon promisit bona fide dominis et gentibus de Albona quod aliquid dampni non habunt neque sustinebunt de et pro detencione Worgeneti le Resier de Bracon detenti per illos de Albona.

32 (xxxvii) De racheto decime ? Girardi de Greisier. Item, est instrumentum factum per manum Repherii de Verneyer notarii sub data 05 mar 1315, quod dum Girardus de Greisier domicellus de consensu Nobilium Domini Guigonis Alamandi domini Warbonensis, Guilliemi eius filii, et Agnetis de Villar uxoris dicti Guilliemi vendiderit Domino Vulliermo de Ponte Vitreo militis decimam suam de Veygiez que est de feudo Domini Hermencie precio ducentarum librarum Gebennensium habitis etc. et dictus Dominus Vulliermus de Ponte Vitreo volens eisdem Girardo domino Guigoni, Guilliermo eius filio, et Agneti facere gratiam specialem, videlicet quod dictus Girardus dictam decimam possit reachetare ...

32v (xxxvii) De gageria Hermencie. Item, est instrumentum per manum Guilliemi de Grignyaco notarii confectum sub data die Veneris post Reminiscere 1319, quod ipse Guilliermus notificat quod vidit contineri in scriptis ? per manus ipsius et Perroneti Leydrii notarii confectas super gageria Hermencie facta per Dominum Guilliermum Alamandi et Agnetem de Villariis conjuges Illustri viro Domino Humberti Dalphini domino Fucignye prout in ipsis in scriptis continetur, quod castellani qui pro tempore fuerit in dicta villa Hermencie durante dicta gageria juramento teneantur super Sancta Dei Evvangelia infra mensem postquam reciperint dictam castellaniam de facienda restitutione ipsius gagerie in manibus dictorum conjugum postquam deposita vel puntata ? fuerit quantitas pro qua extitit dicta villa Hermencie cum iuribus suis obligata.

32v (xxxvii) De curato Hermencie. Item, est lictera sub data die Jovis post festum Beati Michaelis 1317, quod Hugo curatus ecclesie Hermencie voluit pro se et suis quod incontinenti quod Domina Agnes de Villariis seu eius heredes redement vel rehemebunt villam Hermencie situm juxta aquam Hermencie et limictem per quoddam itur versus Cocier ? quoddam terragium dicta domina donavit et legavit ecclesie Hermencie seu rectori eiusdem quod eo casu dicta donatio nulla sit et ad eam dictum terragium devenerat ac si nunquam donatum fuisset.

32v (xxxvii) De mandato Domini de Gez. Item, est lictera sub data 07 jun 1337, quod Dominus Hugardus dominus de Gez requisivit Perronetum de Boyn domicellum ... Humberto Alamandi domino Albone ex parte ipsius Domini Hugardi deliberaret centum florenes.

